Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

manu eius. nec effundamus sanguinem. sed
pcite eum in cisterna hanc. que est in solitudi
ne. manusq; uras seruate in noxias. Hoc autem
dicebat uolens eripere eum de manibus eorum. et
reddere patri suo. MATHEVM.
Illo. t. Dixit dns ihc discipulis suis et tur
bis iudeorum parabolam hanc. Homo erat pa
ter familias. qui plantauit uineam. et sepem
circumdedit ei. et fodit in ea torcular. et edifi
cauit turrim. et locauit eam agricolis. et peregre p
fectus est. Cum autem tempus fructuum adpropinquas
set. misit seruos suos ad agricolas ut accipent fruc
tus eius. Et agricole apprehensis seruis eius.
alium ceciderunt. alium occiderunt. alium u
lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plu
res prioribus. et fecerunt illis similiter. Nouis
sime autem misit ad eos filium suum dicens. Uere
buntur filium meum. Agricole autem uidentes filium
dixerunt intra se. Hic est heres. Venite occidamus
eum. et habebimus hereditatem eius. Et apprehen
sum eum. eiecerunt extra uineam. et occiderunt.